



Universitätsbibliothek Paderborn

Exhortationes|| Ad|| Religiosos

Dirckinck, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1704

1. De præparatione ad Spiritum S. qui lux est. Thema. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Joan. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)



PRO FESTO PENTECOSTES,

EXHORTATIO I.

Ostendit, Spiritum Sanctum esse Lucem, quem ut accipiamus,
removendas esse tenebras.

THEMA.

*Lux venit in mundum; & dilexerunt homines magis tenebras,
quam lucem. Joan. 3.*



Anctissima Trinitas dominus Deus noster Lux est, omni obscuritate, omni caligine, & umbris tenebrarum carens. Ita scribit S. Joannes Apostolus Epist. 1. c. 1. v. 5. Deus Lux est: & in eo tenebra non sunt alle. DEUS Lux est substantialis & increata: & quidem triplex. 1. Formalis. 2. Idealis. 3. Causalis, seu causa omnis lucis corporalis & spiritualis hominum & Angelorum, gratia & gloria. S. Joannes Damascenus Lib. 2. de Fide. c. 11. Sanctissimam Trinitatem comparat Luci, sive Soli reflexo in nube, putâ parelio, in quo tres videntur Soles, cùm tamen unicus tanq'um Sol existat. S. Dionysius Areopagita de divin. nom. c. 2. Sanctissimam Trinitatem representat per tria lumina domum eandem

illuminantia unâ luce, & indistinctâ quâdam distinctione. Atque hæc Lux Deitatis & Trinitatis licet in se sit clarissima: nobis tamen obscura est caligo sed quodâdies nostra Solem illum tam fulgidum, tam sublimem, tam supernaturalem, rectis & irrectis oculis intueri non valeat. Deus Pater Lumen est luminosum & primum, vocaturque Pater lumen. Jac. 1. Filius est Lumen rectum & primum productum, suæque luci communium & adæquatum. Ego sum Lux Mundi (air) Spiritus S. est quasi lumen reflexum, putâ, splendor: producitur enim ex mutuo; ideoque reflexo amore Patris & Filii. Spiritus Sanctus in hymno Ecclesiæ vocatur Lux beatissima. De hâc igitur Luce in praesenti tractabimus, quâunque sit præclara, & quinam homines magis diligunt tenebras, quam lucem, dilucidabimus.

I. Quem-

I. Quemadmodum lux symbolum ei Dei, Christi, Spiritus Sancti & gratia; ita tenebra symbolum sunt Diabolii, ignorantiae, infidelitatis, heresies & peccati; quæ proinde longè sunt à Deo. Primo igitur Spiritus Sanctus lux est inveniens & substantialis, quaenam in mundum, quando Hierosolyma in coenaculo super centum & viaginta personas descendit in figura ignis linguae lucentis & ardentes: Apparuerunt, enim illis diffusa lingua tanquam ignis, sedisque supra singulos ilorum. Et repleti sunt omnes spiritu Sancto. Deinde hæc increata lux posita super alios & alios descendit, & venit in mundum, uim irum in illos, quibus Apostoli manus imposuerunt, & acceperunt Spiritum Sanctum, & loquebantur variis linguis magnalia Dei. Tertio haec signa visibilia seu perceptibilia ceſſarunt, quidem potest, sed non emanat Spiritus Sanctus, qui venit super alios & alios, quos succedit, illuminavit & perfecit, mutavitque in viro aliis, perfectos & admirandos. Quartò si hodieum Spiritus Sanctus in mundum, in eos, qui obicem non ponunt, & magnâ fere diligentia preparant. Ut igitur nos excitemur, ad animum pro viribus præparandum, & ad excipiendam hanc lucem inveniam & substantialiem: consideranda nobis est hac lux, ut ex cognitione ejus, in nobis amor & desiderium generetur. Itaque eam cum luce hac visibili comparemus.

1. Sicut lux visibilis est qualitas nobilissima, & quasi cœlestis atque aurea, à Sole profluens, omnia inau-

rans, sine qua omnia confusa & tenebris sepulta jacent. Ita Spiritus sanctus nobilissimus est Spiritus, à Patre Filioque procedens: qui quando in anima est, per suam gratiam; anima est quasi cœlestis & inaurata, & vestie charitatis aurea, seu vestitu deaurato circumdata, tanquam Regina formosissima. Spoliata autem luce Spiritus Sancti, ejusque gratia, anima est quasi obscura, denigrata super carbones, terrena, tenebricosa, omni pulchritudine & luce carens. Quis igitur nostrum, Charissimi, hoc clare intelligens non auget ad Spiritum sanctum? quis eum non sapient & ferventer per diem perat? quis non ingeminet: *O lux beatissima, reple cordis intima tuorum Fidelium?*

2. Sicut lux visibilis est lætissima & jucundissima: quia omnium animos exhilarat & mœorem pellit: orto enim Sole aves cantant, animalia gaudent, & anhelant ad pastum; homines cum gaudio ad labores suos pergunt. Ita Spiritus sanctus est Consolator & Paracletus, qui omnium desolatorum animos latifidat, consolatur & anxietates depellit. O si licet nobis, hanc lætitiam & consolationem degustare; quantopere ad lucis hujus adventum anhelaremus? quamq[ue] lætitia, orto hoc Sole, ad opus nostrum & labores pro gloria Dei exantlandos properamus? quoties suspiraremus: *Consolator optime, dulcis hospes anima, dulce refrigerium?*

3. Sicut lux visibilis est, utilissima: nam ad multa servit: illuminat enim oculos, tenebras discudit, viam ostendit,

dit rerum varietatem demonstrat: *Sine luce noctis, aurum concalcatur ut ferrum*, ait S. Basilius. Ita Spiritus Sanctus animam illuminat, tenebras & cecitatem mentis depellit, viam ad celum ostendit, ad mandatorum Dei & consiliorum observantiam impellit, rerum coelatum cognitionem imperit, & inter caelestia & terrena, corporalia & spiritualia, temporalia & aeterna, discrimen ostendit. Quanta igitur diligentia ad hoc donum, ad hanc lucem par est, animam disponere; & in dehinc ferri: *Veni Pater Pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium.*

4. sicut lux visibilis est pulcherima; quia stellas, caelos, solem, lunam, clementia, & omnia, quae in mundo sunt, ornat; suisque coloribus illustrat, sine qua, omnia deformia, obscura atque confusa squalent. *Sicut globus crystallinus, inquit S. Basilius, a sole illuminatus, splendorem emitit;* Ita Spiritus Sanctus pulcherrimus est, ornatus caelos, & omnes ad quos diverterit; suis donis Ecclesiam condecorat; donecunque sapientiae, intellectus, consilii, fortitudinis, pietatis, ac timoris Domini largitur. Et hac lux venit in mundum; & veniet in animam tuam: quia igitur industria te comparabis, ut hac pulchritudine gaudeas?

5. Lux visibilis est fecundissima, & fertilissima, per quam omnis genitrix influxus colorum & astrorum ad nos deferuntur; atque ita omnia fecundantur & crescunt: unde luce splendente omnia proficiunt & crescunt: sine luce autem omnia haerent,

non augentur, sterilescunt. Ita Spiritus sanctus omnes, ad quos venit, fecundat bonis operibus, sanctis cogitationibus, praecharis virtutum fructibus. Si nolumus velut infruitaria germina terram occupare, & sterilificare, Spiritus sanctus ad nos venire necesse est.

6. Lux visibilis est efficacissima & potentissima, omnia penetrat, calore suo res immutat, mollia inducat, & dura emollit. Ita Spiritus sanctus homines immutat; est terrenis celestes facit, est timidis fortis Sanctorum; est rudibus doctos & Theodidaclos; ex agrestibus bene moratos: tecum mundum renovat, juxta Psal. 103. *Emitte spiritum tuum, & creabatur;* & renovabis faciem terrae.

7. Lux visibilis denique omnia prius mortua vivificat & restaurat; ut merito Spiritus sanctus dicatur via omnium: quod est homo sine spiritu, hoc est anima sine Spiritu sancto. Deus spiravit in faciem Adami spiracula vita: absque hoc spiraculo quid Adams fuerit? limus & terra rubra. Et quid homo est sine Spiritu sancto? caro & quasi brutum animal, vitorum colluvies; domus sine lumine, foca sine igne, corpus sine anima.

Atque hac est illa lux nobilissima, pulcherrima, fecundissima, & efficacissima, qua venit in mundum. Quid agemus, dilectissimi? an huic luci cordis fenebris claudemus? an aditus & portas anima obserabimus? an tenebras luci autemponemus? an potius omni conatu mente disponemus, & iis virtutibus exornabimus, quibus

Deum

Ita Sp.
i venit,
is cogi-
n fructu-
ufera
sterile-
s veam
lma &
calore
tar; &
fusus
e cele-
flos;
dator;
tum
l. 10;
bante;
omia
rat; ut
ur via
spira-
o. Deus
acuila
d Adam
Et quid
caro et
tiorum
foco
lma,
effica-
Quid
ici cor-
ditis &
tene-
potis
us, &
quibus
Deum

Deum delectari , aliquando intellexit
S. Gertrudis, scilicet humilitate, tranquillitate, concordia, puritate, ferventibus denique precibus & orationibus ? Si sapimus , id omni studio perficiemus .

1. Et dilexerunt homines magis te-
nbras, quam lucem. Joan. 3. Quis hoc
crederet, nisi Veritas aeterna diceret? quis putaret adeo cecum, perversum,
hollicumque esse mundum, ut lucem
adeo praltantem , quem exposui-
mus , tenebris squalidis & horridis
postponeret ? Et quinam sunt homi-
nes, qui eodem dementia & stultitia de-
uerint?

1. Homines sunt infideles : qui
idola colunt, ut Numina ; Deum ve-
rum ignorant, aut nosse nolunt : di-
centes in cordibus suis Non est Deus.
Ideoque velut jumenta in sceleribus
suis computrefunent, & Spiritus san-
cti lucem recipere nequeunt.

2. Sunt Judai , qui nec Filium
Dei, Messiam suum & mundi Redem-
ptorem agnoscunt, nec credunt ter-
ram in Trinitatem personam; adeoque
magent in tenebris; de quibus Chri-
stus Dominus : Sinite illos , quia caci-
funt, & duces eorum.

3. Sunt Hæretici, inter Catholicos
degentes, & tamen lucem veritatis ag-
noscere nolentes. Testimonia tua, Do-
mine, credibilitas facta sunt nostris: quod
evincunt, tot miracula Ecclesiæ, tanta
fauiditas vita, tauta puritas Evangelii
doctrina &c. sed oculos claudunt,
malunt manere in tenebris & dicunt
tenebras lucem , & lucem tenebras,
errorem veritatem, & veritatem er-

rorem: potestque illis oggeri, quod S.
Stephanus Act. 7. objectit Libertinis,
spiritu sancto plenus exclamans : Vos
incircumcis cordibus & anibis, vos
semper Spiritui sancto resistitis, sicut &
Patres vestri.

4. Has tenebras magis, quam illam
lucem diligunt, Homines Catholicæ,
in peccatis lethalibus degentes: gratia
Dei & charitas lux est, Spiritus S. lux
est, Deus lux est: peccatum vero tene-
bra, & hac illamagis, quam Deum
diligunt; dum, ut cupiditatibus suis
obsecundent, Deum postponunt, &
ejus præcepta conculeant. Quemad-
modum in eodem cubiculo simul esse
tenebras, & lucem impossibile est; ita
quoq; in anima simul confistere lethale
peccatum, & spiritum sanctum, est im-
possibile. Concionatores hortantur
illos, ut paenitentiam agant, scelera per
exhomologes in sacram expient: sed
illi dilexerunt magis tenebras, quam lu-
cem. Canticorum f. Sponsus pulsabat.
dicens : Aperi mihi porta mea sponsa:
sponsa vero tergiversabatur, aperire
detrahebat, inquiens: Exi me tunica
mea; & quomodo rursum induar? tandem
tamen surrexit; sed erat serius, jam
sponsus præterierat & discesserat:
perrexit illa quarexere; sed incidit in
vigile, & custodes, qui eam percuße-
runt & vulneraverunt. Idem evenit
peccatoribus, si jam non aperiant
januam Spiritui sancto, forsitan postea
non reperient illum: invenient eos
vigiles, id est, Dæmones, qui eos in
peccatis retinunt, percutiunt & gra-
viter vulnerant.

5. Sunt homines Religiosi & Novitii

I 2 nonnulli

nonnulli, qui vellent quidem hanc praeclarissimam lucem suscipere; sed nolumus quasdam tenebras e corde suo expellere: non quidem adeo crassas ut priores, sed tamen impedientes, instar nebulae claritatem lucis Spiritus sancti; sicut Sole inter nebulas existente, major quidem lux est, quam de nocte in tenebris, sed tamen non est claritas sufficiens ad distinguendum omnia. Talis nebula est. 1. Amor inordinatus hujus vel illius creatura: ita Apostoli amabant carnalem Christi Domini praesentiam: *Et audiebant,* si non abiero, *Paracitus non veniet ad vos.* 2. Ignorantia rerum spirituallium, quas scire tenemur. 3. Impudentia, sive defectus considerationis, eorum quae dicturi aut facturi sumus. 4. Inconstantia & mutabilitas nimia in eo bono quod facere decrevimus. 5. Temeritas in dictis fasique proximorum judicandis. 6. Protervia & pertinacia in proprio sensu & iudicio. 7. Astutia & prudentia carnis, aut hujus mundi sapientia, ad acutè invenienda media, quibus votorum secularium compotes redda-

mur. 8. Curiositas, cum inordinate scire cupimus, quæ nobis non conveniunt. 9. Intentio minus recta, vana gloria. 10. Propria voluntas, quæ soli proprio palato, gustuque satiassero contendit, rejecta quacunque aliâ sive Dei, sive proximorum. 11. Negligentia sui officii, & immixtio alieni. 12. Tepiditas & acedia in Divino obsequio. Ha sunt tenebrae, caligines & nebulae, quas quidem Religioli & Tyrones magis diligunt quam lucem.

Hinc Spiritus S. corda eorum plentoccupare ac replere nequit. Quia cum ita sunt, Spiritus sancti lucem nobilissimam & præstantissimam summè astinemus, diligamus, omnique diligentia ad eam recipiesdam nos disponamus; ut aulam nostram inaureret, exhilararet, illustraret, exornaret, fecundaret, immuteret & vivificaret. Quoniam verò rite nos disponere nequimus, nisi tenebras expellamus, prædictas duodenas nebulas, pro viribus eliminemus; ita apti dignique erimus, quos Spiritus S. invisat, & luce sua Divina perfundat.



EXHOR.